



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scala Jacob**

**Lindeborn, Jan**

**Antverpiæ, 1666**

§. 2. Qualiter erga Patrem Spiritualem se habeat Filia devota.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49085](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49085)

„ ut, quoscunque illæ Episcopos velint, & adlegent  
 „ & summoveant. Fitque tandem per eas, ut, quod  
 „ est in veteri proverbio, sursum ac deorsum  
 „ sese habeant res, ac Principes suos subditi ipsi re-  
 „ gant: atque utinam id tantum viri factitarent, non  
 „ etiam eæ, quibus ne docere quidem permissum est:  
 „ sed quid dico docere! certè ne in Ecclesia quidem  
 „ fari illis B. Paulus permisit. Si iis dotibus, quas re-  
 „ censuimus, ornatum nanciscantur, est quod sibi  
 „ gratulentur, *Amicus enim fidelis protectio for-* Eccl. 6:14.  
*tis, medicamentum vitæ & immortalitatis, qui au-* vs. 16.  
*tem invenit illum, invenit thesaurum: & qui* vs. 14.  
*metuunt Dominum invenient illum.* vs. 16. Nota: qui me-  
 „ tuunt Dominum, invenient illum. „ Pastorum quip-  
 „ pe ignorantia meritis congruit sæpe subjectorum,  
 „ (eleganter observat S. Gregorius) qui, quamvis Past. cu-  
 „ lumen scientiæ suâ culpâ exigente non habeant, ra p. 1.  
 „ districto tamen Dei iudicio agitur, ut per eorum c. 1.  
 „ ignorantiam hi etiam, qui sequuntur, offen-  
 „ dant.

## §. II.

*Qualiter erga Patrem Spiritualem se ha-  
 beat Filia devota.*

**E** Am de hoc instruet trina conditio, quam subne-  
 cto: &

**P**RIMÒ quidem agat cum eo **SINCERE** quem  
 namque, à quo ad vitam spiritualem enutriatur in  
 Patrem selegit, ei suas candidè aperiat necessitates,  
 R. pandat

pandat defectus, hisce subsidium postulet, instructionem petat, quò suis imperfectionibus exuatur in virtutibus proficiat & accrescat: qualis filia ad parentem in rebus corporalibus, idem in iis, quæ animam concernunt, erga Patrem Spiritualem Virginis fit animus. Coram eo nihil dissimulet, nihil abscondat: non pudeat suas ei pandere imperfectiones à quibus exonerari suspirat: non timeat correptiones, quæ & ipsa suas negligentias & excessus deplorat & castigat, si esse Virgo vera, id est, sancta corpore & spiritu affectat. Quem in ducem selegit ad cœlestem Jerusalem, ab eo per quas semitas tendat sciscitetur: ubi deviaverit, suum ei insinuet errorem, quò in viam rectam reducat: ei sua manifestet exercitia, affectus, intentiones, &c. Quò sciat ipsa ane adhuc dum hæreat in regia via: cui serium bñ

106: v.4. non exerrare cum iis, de quibus Psalmus: *Erraverunt in solitudine in inaquoso, viam civitatis habitaculi non invenerunt.* Quæq; ibit de virtute in virtutem usque videatur Deus Deorum in Zion, ei hæc metho-

Prov. 3:7. dus sequenda: *Ne sis sapiens apud te ipsum, mone-*

Rom. 12: Spiritus S.: & Apostolus: *nolite esse prudentes apud*

16. *vosmetipsos.* Nam *va qui sapientes estis in oculis vestris & coram vobismetipsis prudentes.* Etenim proprium iudicium malus est Consiliarius, à quo promittuntur de pessima consilia. Sileo ego, ut, qui in hac materia facundus est & fœcundus, loquatur D. Basilus.

Si igitur, (is inquit,) Dei munere talem quempiam Virum (qualem ex eo s. superiori dedimus) invenis, Magistrum bonorum operum, hoc apud te constanter teneto, ut nihil omnino quicquam præter illius sententiam facias: quicquid enim eo in-

Serm. 1.  
de Abdicat. rerum.

sciente

„sciente facis, id furtum ac sacrilegium est, tibi que  
 „exitium non autem utilitatem ullam apportat, esto  
 „tu id bonum iudices: nam si bonum est, qui ita  
 „clam fit ac non in aperto? mentem tuam tute di-  
 „ligenter exquire quæ falsâ quadam specie boni  
 „compilare te studet, atque ex eo nimirum, quòd  
 „cum utilitate aliquando non ejus præceptis obtem-  
 „peres, iter tibi ad res pessimas gerendas munit. Hæc  
 „sanctus Cappadox. Cujus veritas subinde emicuit  
 „in Virginibus ex hoc uno capite ad nuptias etiam ad  
 „hæreses apostatis: ei namque Deus suam gratiam  
 „subtrahit, quæ, cum habere possit, & habeat Magi-  
 „strum ducemque animæ, eo tamen neglecto pro-  
 „priae opinionis ceu præceptoris ductum sequitur.  
 „Unde Giezi lepra? nonne quia Elisæo dissimula-  
 „bat ubi fuerat, quid egerat? dixit Elisæus: unde ve-  
 „nis Giezi? qui respondit: non ivit servus tuus quo-  
 „quam. At ille ait: nonne cor meum in præsentem  
 „erat quando reversus est homo de curru suo in oc-  
 „cursum tui? nunc igitur accepisti argentum, & ac-  
 „cepisti vestes, ut emas oliveta & vineas & oves &  
 „boves & servos & ancillas. Sed & Lepra Naaman  
 „adhærebit tibi & semini tuo usque in sempiter-  
 „num, & egressus est ab eo leprosus quasi nix. Un-  
 „de Ananiæ & Saphiræ mors subitanea? nonne quia  
 „cum D. Petro candidè non agebant? *non es mentitus* vs. 4.  
 „*hominibus sed Deo*, illi oggerit Apostolus, qui *cecidit* vs. 5.  
 „*& exspiravit*. Et quare hæc supplicia? nonne ut  
 „pateat, quantopere Deo exosa sit omnis duplicitas,  
 „*Væ duplici corde*. Eam tu fuge: si vitia tua verè *Eccl. 2:14*  
 „oderis, si ames verè Deum & virtutes, candidè & sin-  
 „cerè agas cum eo, qui ea in te extirpare, has inferere

Apud  
Aug.  
Epist. 142  
c. 21.

teque ad eum regiâ viâ perducere collaborat: „Nihil unquam in te fictum sit, nihil omnino fucatum, (præscribitur Demetriadi Virgini) conscientiam tuam, quæ certè Deo semper patet, in multitudine versari puta: nunquam aliud corde, aliud animo prætendas: quicquid pudet dicere pudeat etiâ cogitare.

SECUNDÒ ei se OBEDIENTEM præbeat, quod namque Christianos omnes revera Virgines vel  
Heb. 13 : maximè concernit: „Obedite Præpositis vestris & subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes, hoc enim non expedit vobis. *Obedite Præpositis vestris* omittendo quæ illi prohibuerint & quæ suaserint vel præceperint exequendo. *Et subjacete eis*, sine murmure aut rebellionè acquiescendo eorum judiciis & consiliis. Scitis qui

Num. 14.

Ibid. 16.

Ibid. 21.

1 Cor. 10:

10.

Mat. 4:5.

1 Reg. 15:

23.

cesserit Israelitis de suo Moyse querulis vel eidem obstreperis: aliâs à terra promissionis excluduntur omnes, modò eos vivos terra absorbet, aliquando in eosdem irruunt igniti serpentes. *Neque murmuraveritis* hinc deducit Apostolus. *sicut quidam eorum murmuraverunt & perierunt ab exterminatore.* Scitis à quo delatus & positus fuerit Dominus super *pinnaculum Templi*, à Diabolo scilicet qui Prælati suis non obediunt vices Dei gerentibus (observat stella in Lucam) supra pinnam sunt, non sub Deo: sed sicut nullus locus excelsus est tutus, sic tu, qui contra Deum cervice erectâ insurgis timere debes osium inferni. *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Sauli Samuel exponit. *Subjacete ergo eis*, id est, vestrum eorum iudicio, vestram eorum voluntati subijcite,

jicite, est namque *obedientia* juxta Climacum *volun-* Gradu 4.  
de Obed.  
*tatis sepulchrum*. Ipsi enim *per vigilant, quasi rationem*  
*pro animabus vestris reddituri*, ideoque quæ illi im-  
 probarint vel approbarint, ea ut profectui vestro no-  
 civa repellite vel ut proficua recipite: proculdubio,  
 si & ipsi animas suas salvas velint, non urgebunt ni-  
 si quod saluti vestræ proficiat, vel impediunt, nisi  
 quod eidem officiat. *Ut cum gaudio hoc faciant &*  
*non gementes*. Quid? nonne julto cordis dolori ma-  
 teriam sufficit ea cogitatio, quòd, qui jam in coope-  
 ratores se vobis offerunt & exhibent ad perfectio-  
 nem ac salutem, vos iterum parturientes, cum Apo- Gal. 4:19  
 stolo *donec formetur Christus*, Christi scil. vita & glo-  
 ria, *in vobis*, in supremo judicii die, si immorigeræ, si  
 obstreperæ fueritis, Accusatorum partes agere debe-  
 bunt fortè ad damnationem. „Rogamus autem vos  
 „fratres, (obtestatur Apostolus,) ut noveritis eos qui 1 Thess. 5:  
12, & 13.  
 „laborant inter vos, & præsumunt vobis in Domino,  
 „& monent vos, ut habeatis illos abundantius in  
 „charitate propter opus illorum, pacem habete cum  
 „eis, *animas vestras castificantes in obedientia cha-*  
*ritatis* verùm lubet hîc iterum audire D. Basilium 1 Pet. 1:12  
 breviter complexum quicquid ampliùs hîc dici po-  
 terat: „Ac si talem quempiam nactus fueris, (is in- Supra.  
 „quit) tum verò voluntatem tuam omnem exspuito  
 „ac foras projicito, atque ubi hoc feceris dede te illi  
 „ut sincerissimum veluti vas quoddam existas, què,  
 „quæ in te fundantur virtutes, ad laudem Dei glo-  
 „riamque ab omni vitio castas conserves: etenim  
 „si eorum quibus antea detenebare animi vitiorum  
 „residuum in te aliquid esse patiè, eaque quæ in  
 „te infusa fuerint coacuerint, haud dubiè velut vas

contemptissimum foras projicere. Hoc est, quod alterum nobis est cum oppugnatore salutis nostræ, Dæmone certamen, ut enim Præceptorum bonorum bona sunt etiam præcepta, ita quoque malorum etiam mala: ubi enim videt adversarius noster hic improbus persuadere se nobis non potuisse ut in mundi confusione perditioneque maneremus, in eo jam omni conatu contendit ut nobis persuadeat ne nos vitæ demus perfectiori, neve ei nos Viro committamus qui nostra omnia peccata nobis ante oculos statuat corrigatque: sed ut alicui nos credamus & gloriæ nimio plus avido, & propria vitia a similitudine quadam lenitatis erga familiares suos specie commendanti, ut hoc modo innumerabilibus nos denuo pravis animi libidinibus contra primum animi nostri propositum veluti vinculis irretiat. Quod si te Viro credideris virtutibus multis instructo sine dubio omnium, quæ in ipso bona fuerint, hæres remanebis, & æquè apud Deum & apud homines beatissimus judicaberis. Si verò quod cum corpore tuo agere mitiùs volueris (audite hæc de nimio Superiorum vestrorum rigore querulæ, vel de uno ad alium ea de causa volaticæ & transultoriæ) Magistrum tibi aliquem quæsieris tecum se ad vitia tua demittentem, vel, ut veriùs dicam tecum unà in eandem perniciem corruentem, frustra mundanis rebus nuntium remittendi laborem suscepisti, qui vitæ te pravis libidinibus obnoxie mancipaveris, & cæcum tibi Ducem assciveris, cujus ductum secuto in foveam tibi sit procidendum, cæcus enim si cæco ducatum præstet ambo in foveam cadunt.

Hæc

Hæc sanctus Antistes ad Adolescentem quidem sed  
 quæ & Virgines erudiant, ideoque habet hoc in hac  
 materia Illustrissimus noster Rovenius, „ tollantur *Instit. L. 1*  
 „ è medio ista duo, pertinacia in non obediendo & *c. 6.*  
 „ fallacia erroneorum Magistrorum, nihil ulterius pe-  
 „ riculi manebit in orbe terrarum: si omnes Magi-  
 „ stri benè docerent, & omnes discipuli benè obedi-  
 „ rent, nonne reformatus esset mundus? Tu itaque  
 Virgo, quæ cogitas non sensum, non voluntatem  
 tuam, sed quæ Domini sunt; quæ veram animæ  
 corporisque tui sanctitatem intendis, tuo sis dire-  
 ctori obediens, *obediens enim loquetur victoriam: au-* *Proverb.*  
 di & sequere auream illam Kempæi Sententiam: *21: 28.*  
 „ Multi sunt sub obedientia magis ex necessitate, *Imit. 9:*  
 „ quàm ex charitate & illi pœnam habent & leviter *n. 1.*  
 „ murmurant, nec libertatem mentis acquirent nisi  
 „ ex toto corde propter Deum se subjiciant: curre  
 „ hîc vel ibi, non inuenies quietem nisi in humili sub-  
 „ jectioe sub Prælati regimine: imaginatio loco-  
 „ rum & mutatio multos fefellit. Munit enim pa-  
 „ rum locus, (addit is alibi) si deest spiritus fervoris, *3. Imit.*  
 „ nec diu stabit pax illa quæsita forinsecus si vacat à *27. n. 3.*  
 „ vero fundamento status cordis, hoc est, nisi ste-  
 „ teris in me, permutare te potes sed non meliorare:  
 „ nam occasione ortâ & acceptâ inuenies quod fu-  
 „ gisti & ampliùs. Neq; sis ei per tuam inobedientiam  
 aut oneri aut ad singultum: *Hoc enim non expedit vo-*  
*bis. Non enim sic plantavimus & rigavimus hortum*  
*Dominicum in vobis, in hoc casu instat Præsul Hyp-*  
*ponensis, ut metamus spinas istas ex vobis.* *Epist. 109*

TERTIÒ denique agat cum eo CAUTÈ &  
 CASTÈ, quò & ipse collimabit si crebriores acces-



sus evitet, si importunas confabulationes præscin-  
 dat, ubiq; gustanda est cum mulieribus non continu-  
 da præsentia, sed quasi transeunter fœminis exhibenda  
 De Singu- lar. cleric. est accessio, ex S. Cypriano: proter vitatis enim jam  
 cœpta sunt repræsentari semper in medium, & perditio-  
 nis meditatio est frequentativum inter mulieres celebra-  
 re processum. Si non ambiat vel foveat, sed salutari  
 metamorphosi affectum ejus in Deum transferat cum  
 Joann. 3: illo, cujus vox erat: *Illum oportet crescere, me autem*  
 30. *minui.* Affectus namque ex familiaritate conceptus  
 De vera in carnalem facillimè degenerat: cùm enim fœmina,  
 Virgin. ut scitè observat D. Basilius, masculi segmentum ac  
 pars quædam sit, *stimulum cuique parti flagrantem-  
 que cupidinem mutuae conjunctionis natura inseruit,*  
 quam proritat familiarior congressus. *Quomodo qui  
 ignem tetigerit,* inquit S. Hieronymus, *statim aduri-  
 tur, ita viri tactus & fœminæ sentit naturam suam, &  
 diversitatem sexus intelligit.* Tu itaque Virgo ama  
 Directorem tuum, sed discernatur *serenitas dilectionis,*  
 Confess. ut verbis D. Augustini loquar, *a caligine libidinis.*  
 L. 2. c. 2. Ama eum sed non eum, at Sponsum tuum in eo  
 ama eum, ut, qui te ad eum deducat, Sponsi tui Mi-  
 nistrum. „ Diligere oportet eos, qui ad Sponsum  
 Supra. invitant, (ad cautelam præscribit D. Basilius) sed  
 ita diligere, ut charitas ipsa ordinata non confusa  
 sit, ne fortè Sponsi famulos, dum jugiter illis aures  
 admoveret de Sponso verba facientibus, perinde ac  
 Sponsum quandoque diligens, quantum in se est,  
 unà & Sponsi dignitatem tollat, & ministros ejus,  
 dum eos pari cum Domino dignatur honore, inju-  
 riis ac probris afficiat. Jam enim quædam minùs  
 cautæ minùsque prudentes non æquè Sponsum ac  
 Mini-

„ Ministros, sed ipsos amplius perversâ charitate im-  
 „ piè, dum non advertunt, dilexerunt, ac Sponsi jam  
 „ cui se desponderant penitus oblitæ famulorum ejus  
 „ Sponsæ totæ factæ sunt, imò nec Servorum ejus  
 „ Sponsæ sed alienorum fœdissimæ uxores evasere:  
 „ Sponsus enim noster carnalem nullum ministrum  
 „ habere cognoscitur, sed omnes spiritu viventes....  
 „ Puram, non ullius affectionis labe (allegato dile-  
 „ ctionis Proximi exemplo) inquinatam oportet es-  
 „ se charitatem, nec decet nomen falsæ charitatis in-  
 „ sequendo veræ dilectionis dignitatem ac meritum  
 „ tollere: quamdiu enim charitatis ad Sponsum  
 „ tuæ gratiâ diligere deprehenderis fratres, & ad eum  
 „ & ad illos integra servasti charitatis jura, ubi verò  
 „ eos non Sponsi gratiâ, sed propter seipsos diligere  
 „ ex consuetudine ceperis; dilectio tua & erga il-  
 „ lum corrupta prorsus efficitur, falsamque non ve-  
 „ ram habes germanamque charitatem, sancta enim  
 „ charitas carnis non tangitur vitiis: est autem Spon-  
 „ sa Domini non irrationalis, ut præ consuetudine  
 „ carnis dignitatem suam atque honestatem demittat  
 „ ad corpora, sed sanè rationalis totaque plena sa-  
 „ pientiâ: prudenter itaque seipsam pro merito sin-  
 „ gulis, quod est sui juris, impertiens librat, ac mi-  
 „ nistros quidem Sponsi rationabiliter illius gratiâ  
 „ honorat, ipsum verò non istorum causâ, quoniam  
 „ sibi de illo verba faciunt, sed propter seipsum ar-  
 „ dentiùs diligit. Sed &, si quis illius amator est,  
 „ hunc pro affectu ad illum eximio socium existimat;  
 „ qui verò illum amare negligit, eum, si blandiatur,  
 „ non jam intuetur ut proprium, sed ex ipsis maximè  
 „ blanditiis suspectum habet quod Sponsi negligens,

R §

cui

cui ipsa pro viribus vacat, simulato Sponsi famu-  
latu illicit eam, dumque illi, ut Sponso placeat,  
opem ferre videtur ad se amorem ejus jugi famili-  
rique colloquio transferre nititur, ac sub ministri  
nomine & habitu horrendo sacrilegio Christi  
Sponsæ adulter efficitur. Hinc denique plurima  
blando charitatis nomine paulatim ex ea consuetu-  
dine ad carnis delapsæ vitia meretrices, adultera,  
nec solum fœdere à Sponsi cœlestis, verum & à legi-  
timo mortalium thoro alienæ prorsus deprehensa  
sunt. Sed hæc sufficient.

Tu itaque Virgo sequere paternam Superi-  
tui directionem: memineris Filii prodigi cum  
domo & ex oculis solliciti sui parentis se subduxisset  
non est quod meliora tibi pollicearis. Inimica pro-  
priae opinionis propriaeque voluntatis amplexus  
osa, obedientem ei te præbeas non necessitate  
quod taxat noster Rovenius, sed *obedientiâ chari-  
tis*, quam commendat Apostolus Petrus. Omne  
familiaritatem cum eo declines, neque ægrè fer-  
(*Sanctus enim amor*, ex D. Hieronymo Epist. ad  
versus Vigilant. *impatientiam non habet*) si & ipse  
à convivis tuis, excursibus, colloquiis &c. alienu-  
præbeat ad exemplum ejus, de quo Discipuli mor-  
bantur, *quia cum muliere loquebatur*, quique in-  
cabat eis: *Expedi vobis ut ego vadam*. Suspecta  
enim hæc conversatio, de qua fusè Seraphicus Bo-  
ventura: „Caveant ergò & omni custodiâ servent  
suum (instat D. Hieronymus) ne per sanitatem  
dilectionis morbus charitatis introëat, & per amo-  
rem sanctum fiat non sancta dilectio, quæ illos  
pertrahat ad gehennam. Manus enim quantum-  
cud

Reipub.  
Christ.  
L. 1. c. 43.  
n. 1.

Foan. 4:  
27.

Foan. 16.  
v. 7.

De Profe-  
ctu Relig.  
L. 2. c. 27.  
in c. 2. ad  
Titum.

cunq; albæ sint si carbones contrectant ab illis coinquinantur, & quantumvis viridia sint ligna si multo tempore sunt in igne, aliquando tandem inflamman-  
 tur. Pudeat revera eâ D. Hieronymi sententiâ nota-  
 „ri, quam suæ ad Rusticum Epistolæ inferuit: „Vi- *Epist. 4.*  
 „deas nonnullos... à mulieribus non posse discede-  
 „re, sub eodem manere tecto, simul inire convivia,  
 „ancillas juvenes habere in ministerio, & præter vo-  
 „cabulum nuptiarum omnia esse matrimonii. Si piæ in-  
 „structionis causam prætendas, idem ille subsannat te: *Epist. 12.*

*Magister egregius contemnit Viros, despicit Fratres,  
 & in unius mulierculæ secretâ eruditione desudat.*

§. III.

*De Regula.*

Cum Templum Hierosolymis exstrueret Salo-  
 mon totam fabricam *ad regulam* factam referunt *3 Reg. 6:*  
 sacri Annales. Virgo quæ in animæ suæ Solyma con- *35.*  
 struet Templum spirituale, in quo commoretur Do-  
 minus, ubi divinam Legem asservet, ubi resonet pia-  
 rum aspirationum Cantica, ubi voluntatis suæ holo-  
 caustum & bonorum operum Sacrificia jugiter im-  
 molet, cujus Ædituum & Antistitem Pudicitiam  
 „Tertullianus statuit, quæ nihi immundum nec *De Cultu*  
 „prophanum inferri sinat, ne Deusille, qui inhabi- *Fœm nar*  
 tat, inquinatam sedem offensus derelinquat. Ea  
 Salomonem imitetur: Regulam, quæ actiones suas  
 dirigat, habeat necesse est: hanc ei, qui ex D. Am- *L. 3. de*  
 brofio Virgines honore provocat, magisterio docet, in- *Vrg.*  
 vitat exemplo. Præscripsit Apostolus: *Mulier in-* *1 Cor. 7:34*  
*nupta*